Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



75

sicut qui inuenit spolia
multa. Iniquitatem
odio habui: abhominat
sum: legem autem tua
dilexi. Septies in die lau
dem dixi tibi: super iudicia
iustitiae tuae. Pax mul
ta diligentibus legem tua.
et non est illis scandalum.
Expectabam salutare
tuum domine: et mandata
tua dilexi. Custodiuit
anima mea testimonia
tua: et dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua
et testimonia tua: quia
omnes uie mee in con
spectu tuo. Adpropinquet
deprecatio mea in con
spectu tuo domine: iuxta elo
quium tuum da mihi
intellectum. Intret postu
latio mea in conspectu
tuum: secundum eloquium
tuum eripe me. Eructa
bunt labia mea ymnum.
cum docueris me iusti
ficationes tuas: Pronun
ciabit lingua mea eloq
ium tuum: quia omnia
mandata tua equitas.
Fiat manus tua ut sal
uet me: quoniam mandata
tua elegi. Concupiui
salutare tuum domine: et
lex tua meditatio mea
est. Viuet anima mea
et laudabit te: et iudicia
tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que
perit. quere seruum tuum
quia mandata tua non sum
oblitus: Aspice nunc
et miserere mei domine.
Clamauit.
Ad dominum cum tri
bularer clama
ui: et exaudiuit me. Do
libera animam meam
a labiis iniquis et a lin
gua dolosa. Quid detur
tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam
dolosam: Sagitte po